

De vulpe et uva

Fame³⁰⁰ coacta vulpes alta³⁰¹ in vinea
 uvam adpetebat summis saliens viribus;
 quam³⁰² tangere ut non potuit, discedens ait:
 "nondum matura est; nolo acerbam sumere.»
 Qui³⁰³ facere quae non possunt verbis elevant,
 adscribere hoc debebunt exemplum sibi.

Canis per fluvium carnem ferens

Amittit merito³⁰⁴ proprium qui³⁰⁵ alienum adpetit.
 Canis³⁰⁶ per flumen carnem cum³⁰⁷ ferret natans,
 lympharum in speculo vidit simulacrum suum,
 aliamque praedam iam ab alio ferri putans
 eripere voluit; verum³⁰⁸ decepta³⁰⁹ aviditas
 et³¹⁰ quem tenebat ore dimisit cibum
 nec quem petebat adeo potuit tangere.

Corvus et vulpes

Qui³¹¹ se laudari gaudet verbis subdolis
 Fere³¹² dat poenas turpi paenitentia.
 Cum³¹³ de fenestra corvus raptum caseum
 comesse³¹⁴ vellet celsa residens arbore,
 vulpes ut vidit, blande sic coepit loqui:
 «O qui³¹⁵ tuarum, corve, pennarum est nitor!
 Quantum decorem corpore et vultu geris!
 Si vocem haberes, nulla prior ales foret³¹⁶. «
 At ille stultus dum vult vocem ostendere,
 emisit ore caseum, quem celeriter
 dolosa vulpes avidis rapuit dentibus.
 Tunc demum ingemuit corvi deceptus stupor³¹⁷.

300 Fame... Ordenac.: *Vulpes coacta fame adpetebat uvam in alta vinea saliens viribus summis.*

301 Alta in vinea. Ver nota núm. 163, pág. 51.

302 Quam. Ver Sint. núm. 6, g), pág. 143. Ordenac.: *Ut non potuit tangere quam...*

303 Qui. Para su traduc., ver Sint. núm. 6, d), pág. 143. → Ord.: *Qui elevant verbis quae non possunt facere, debebunt adscribere exemplum hoc sibi.*

304 Merito, adv., *justamente, con razón.*

305 Qui. Para su traduc., ver Sint. núm. 6, d), pág. 143.

306 Canis... Ordenac.: *Cum canis ferret canem natans per numen, vidit...*

307 Cum. Para su traduc., ver en Sint. CUM, pág. 147. → Ordenac.: *Cum canis ferret canem natans per numen, vidit...*

308 Verum, pero, *sin embargo.*

309 Decepta = decepta est. Decepta (est) aviditas (canis) = (canis) deceptus (est) aviditate (sua).

310 Et... Ordenac.: *Et dimisit cibum quem tenebat ore nec adeo potuit tangere (eum) quem petebat.*

311 Qui. Ver Sint. núm. 6, d), pág., 143.

312 Fere, adv., *casi siempre.*

313 Cum. Para su traduc., ver en Sint. CUM, pág. 147. → Ordenac.: *Cum corvus vellet comesse caseum raptum de fenestra residens arbore celsa...*

314 Comesse = infinitivo de presente de comedo, *comer.*

315 Qui, *cuál/cuán grande.*

316 Foret = *esset.*

317 Corvi stupor = *corvus stupidus.*